Poſt hos ariſtoteles ut fuit diſciplinarum omnium diligens
Inquiſitor ad regulas quaſdam huius doctrinae argumenta
perduxit. quae prius ſub certis praeceptionibus non fuerunt.
Hic libros faciens exquiſitos graecorum ſcolam multiplici
laude decorauit quem noſtri non perferentes diutius elianū
translatum expoſitumque romanae eloquentiae contulerunt
Dialectica uero & rethoricam uarro in nouem disciplina
rum libris tali ſimilitudine definiuit.
DIALECTICA ET RETHORICA EST QUOD IN MANU HOMINIS
pignus aſtrictus & palma diſtensa. illa breui oratione
argumenta concludens. Iſta facundiae campos copioſo
ſermone diſcurrens. Illa uerba contrahens iſta diſtendens.
Dialectica ſiquidem ad diſſerendas res acutior. rethorica
ad illa quae nititur docenda facundior. Illa ad ſcolas
nonnumquam uenit. Iſta iugiter procedit in forum. illa
requirit rariſſimos ſtudioſos haec frequenter & populos.
ſed priuſquam de ſyllogiſmis dicamus ubi totius dialecticae
utilitas & uirtus oſtenditur. oportet de eius Initiis quaſi
quibuſdam elementis pauca diſſerere.
Et ſicut a maioribus diſtinctus ordo. Ita & noſtrae diſpo
ſitionis currat Intentio. Conſuetudo Itaque eſt doctoribus
philoſophiae antequam ad iſagogen ueniant exponendam